

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi

IN  
ILLUSTRIS. ET GENEROSIS.  
DN. DN.

SOPHIAM-ELISABETHAM  
PRINCIPEM ANHALDINAM,  
CELSIS. ATQ. SERENIS.  
PRINCIPIS AC DN.

DN. GEORGII RUDOLPHI  
DUC. SIL. LIGNIC. BREG.  
ET GOLDBERG.

S. CÆS. ET PER HUNG. AC BOH. REG. MAJ.  
CONSILIAR. ET CUBICULAR. SUPREMIQ.  
IN SILESIA CAPITANEATUS  
ADMINISTRATORIS,  
DOMINI CLEMENTISS.

CONJUGEM HEU! INCOMPARABLEM  
AN. CH. MDCXXII. V. ID. FEBR.  
PIE BEATEQ. DENATAM,  
ET PRID. ID. APRIL. CONDITORIO  
PRINCIP. AD D. JOH. ILLUSTRIS  
FUNERAT. INFEREND.

DECLARATUS  
humilime  
SCHOLÆ LIGIÆ AFFECTUS.


---

Typis Sartorian. Lignicl. express.



CHRONODISTICHON  
*Annus & Diem obitus & Sepul-*  
*turae ILLUSTRISS. PRINCIPIS*  
*designans.*

DVX Lygla (ah!) CIneres CInera LibVs  
eXVIIt, ILLos  
BIs seXtâ AprILIs eXCiPlt Vrna Die.  
M. B. K.

  
Dux SOPH  
Illust  
Phœbe en  
Foemine  
Illustravit en  
Laude pu  
Et Sophie rac  
Et sine li  
Singula quid  
Emittit  
Crediderim  
Æthere  
Sed quia ter  
Obfusc  
Passa etiam  
Oculu  
Et quia fide  
Impedi  
Transtulit h  
Addidi  
Hic ovat, h  
Angelic



**D**UX SOPHIA-ELISABETH Ligia dum vixit in Aula,  
Illustri Ligii connubio usa Ducis,  
Ut Phœbe enituit, pleno cum lumine fulget,  
Fœmineiq; fuit stella corusca chori.  
Illustravit enim totam virtutibus aulam  
Laude pudicitia, religione, fide;  
Et Sophie radios, placidoq; modestia vultu,  
Et sine lite quies ejaculata fuit.  
Singula quid memorem? radios, quos fulgor ab æthrâ  
Emittit Solis, quis numerare queat?  
Crediderim æternum Solem vibraſſe per Illam  
Ætherei radios Flaminis igne ſuos.  
Sed quia terrenum corpus, denſiq; vapores  
Obfuſcant lumen ſæpe Diana tuum:  
Paſſa etiam eccliſin, terrenâ mole gravante,  
Occuluit vultum noſtra Diana ſuum.  
Et quia ſideribus magis aptus purior æther,  
Impedit egregium nulla ubi terra jubar:  
Traſtulit huc illam DEUS, & radiantibus aſtris  
Addidit; hîc radio Splendidiore micat.  
Hîc ovat, hîc nitido vultu nunc emicat, & jam  
Angelici fulget ſtella corusca chori.


A 2

O fulge

O fulge æternùm SOPHIA-ELISABETHA, tuisq;  
Æternùm Ligii incluta Mater Have.  
Nos cineri, qui solus honos post funera restat,  
Solvimus exequias, spargimus & violas.  
Triste ministerium! Sed Matri tale merenti  
Solvimus, & simul hoc addimus ellogium:  
DUX SOPHIA - ELISABETH tumulo quo conditur, illo  
Conditur & Ligii gemma decusq; soli.  
Tu verò Illustris Dux sume GEORGE RUDOLPHE,  
Sume Serenato munera parva Animo:  
Munera subjectum TIBI testificantia cultum,  
Affectum Ligix, Dux pie, sume Scholæ.  
Et lacrymis impone modum, luctumq; coërce:  
Nil defunctæ addit, plus nocet ille TIBI,  
Et nobis, quos Jova tuis vult vivere terris,  
Alarumq; umbrâ præsidioq; frui.  
Ne luctu, ne Te, Dux inclute, subtrahe nobis:  
Unica Spes Musis est Tua vita piis.  
Proroget hancce Tibi, & lacrymas abstergat, ut omnes  
Absterfit dudum CONJUGI in axe, DEUS.

*Subjectis. Condolent.  
affectu scr.*

M. BARTHOLOMÆUS KERN  
*Schola Lignic. Rector.*



SOPHIE

## I.

SOPHIE - ELISABE Capitis cadere in Lygiã urbe corusca  
Corona

Heu nostri, iter & carnis, analysi ex oculis prærepta beatã,  
 Diribitore à Supero vadere iussa est. Quid ô ominis inde  
 Emergere opinandum est? Obiter lugubrem Principis hujus  
 Obitum quis pensitet? Iliaci, Trojano Palladio olim  
 Pereunte, per It populi splendorq; & gloria; Palladio isthoc,  
 Sapientia ubi non fluxa habitavit, non fictitia Pallas,  
 Pietas sed juncto Virtutum grege non fucata, ruente  
 Quid non metuamus? Atlas Silesii furis Celse, GEORGI  
 RUDOLPHE, superstite longum vitã, Æqui imperioq; vi-  
 Pro rimã, vel potius pro gente tuã sta viribus auctus (gente,  
 Fortisq; Gubernator! Tua nos veneramur subdita turba  
 Sceptra, evehimus bonitatem, humiliq; dolemus nuper-oborti  
 Luctus gravitate obsequio. Deus est, qui stata tempora vitæ  
 Mortalibus adnumerat; Deus est, pullum portare theistrum  
 Qui præcipit, arctãq; arce suos, quos intulit, eximere unus,  
 Cum vult, valet; Ad meliora profectam tantum, nomine  
 mortis

Feretro quæ impõsta notatur, no vimus; Ampli habitare in  
 Olympi

Splendente palatio, acerbi quàm peregrinari malesvado  
 In carcere mundi, prævalet; Optatam properare Viantem  
 Quisnam avocet in patriam? Hospitio fruimur, dum  
 vivimus; apta

Polus est mansio, necis experis atra mansio, mansio perpes.  
Illustris Gemma tori fulgida, Sophie-Elisabetha Ducissa,  
Benè eò translata, a vidè Generosa Mentis magna brabea  
Recipit; Regina sui Christi enthea, tuta, aternaq; facta est.  
Sic, Princeps inclyte, nania nostra tibi sub cordis abyssò  
Modò compatitur! Sic studet, ut decet, agrum emollire  
dolorem!

Sed Is, imperiosa potestas cuius prestare omnia novit,  
Vulnus solidare inflicti velit! Ubi fova est prestò, valem9.

II.

SOPHIA-ELISABETHA Princeps Anhaltina, Comes  
Ascania, Domina Servestæ & Berenburgi,  
Dux quoque in Silesiâ Ligniciensis  
& Bregensis.

Per Anagramma.

Mens pia, jam insigni ex nobis, sine pars scrobe leti.  
Celesti adjuncta es regno. Sic plena quiete,  
Sanè gaudia ovans delibas, req; bearis.

Ad pedes advolutus

submissè ita condolet

M. LEONHARTUS BAUDISIUS.

**D**ulce bonum, vitæ dubio SAPIENTIA fluxu,  
Angelicoq; QUIES federe dulce bonum.  
Hæc bona qui SORTIS, MORTIS qui possidet æstu,  
Salvificâ summum possidet arte bonum.  
Stirpis Anhaltina SOPHIA ELISABETHA propago  
Illud sorte bonum, morte sed hocce tulit.

Aligeros



*Aligeros ergò catus interq; fideles  
Salvificâ summum possidet arte bonum.*

Animo humil. subjectissimoq;  
apponebat

HENRICUS Bachman Lignic.  
Patriæ Scholæ Collega, &  
Eccl. Petro-Paulinæ  
Cantor.



DEPOSITUM LACRUMARUM  
SUPER IISD. ILLUSTR.  
AC PIENTISS.  
EXEQVILS.

**A** TTESTARI ELEGIS nequeam cum ritè Dolorem  
Cordolii, LACRUMIS exsequar OFFICIUM:  
Occidit (heu!) LIGIORUM HELICE; SPES concidit ORÆ:  
Decidit (heu!) GENTI PURPURA: GEMMA DUCI:  
Sidere quo CANDOR; quâ Spe MENS Nescia Probri:  
Purpurâ HONOS; Gemmâ CURA, FIDESQ. perit.  
Sidere quo PIETAS; quâ Spe JUS; Purpurâ HONESTAS;  
Gemmâ ANIMUS, REQUIESQ. interiére simul;  
Quin lacrumemus? abit Tota (ah!) lacrumabilis ORA,  
GENSQ. Ipsa in Lacrumas, collacrumando DUCI:

44

*Aëriam*

*Aëriam* ILLUSTRIS, *Gratam* Umbram, *TURTURIS*  
*Stirpitus* evulsam flet PATRIÆ esse PATRI; (ULMUM  
*Sed* suam, *Egenorum* ac *Tecta* Hospita diruta, MATREM,  
*Illacrumando* sibi CIVIS, abesse, gemit.

*Quin* lacrumemus? abît PIETAS, Pietatis ASYLO ex-  
ciso, absente ruit PALLADE, PALLADIUM.

*Quin?* MATRONA Potens; VIRTUTE Illustrior; ORTU  
Magna, VIRO Major, Maxima laude GENI;

PRINCIPIBUS Cognata VIRIS; IAN-nata-GEORGO  
ASCANIO, edita MANSFELDIDE DOROTHEA:

Deinde Pio SLESIDUM PRO-REGI nupta GEORGO  
RODULPHO, LIGIIS qui modò sceptrum gerit;

Occidit heu! secum Et tulit OMNIA! dicta SOPHIA  
ELISABETH, Sedes, Deliciaq; Sophum:

Occidit heu! dolor! ah, quid Regia Stemmata profunt?  
Quid Genus, aut Virtus? quid vè fuisse Piam?

OMNIA sunt hominum Fatis obnoxia; Mortem  
Martemq; sub parili militat Omnis HOMO!

Sed TIBI cur geminem, VIDUE ILLUSTRISIME, Lessum?  
Ingeminem Lacrumas quo TIBI, Damna, magis;

*Quin* mage SANCTÆ UMBRÆ REQUIEM AMBROSIAMQ;  
precemur,

ET TIBI, cum VITA, FATA SERENA magis!  
Sis, DECUS Omne TUIS, Nostra unica SPESQ. superstes!  
TE JOVÆ UMBRA tegat, cum JOVIS ALA levat!

Cumq;

Cumq; DEO atq; DIE irradiato SERENIOR ORÆ,  
Ac GENTI, à Lacrumis temperet unde sibi;  
Temperem & inde mihi, mediter Tibi quandoq; Grata,  
VIVE! FAVE! ó PRO-REX Inclute, meq; fove.

\* \*  
JUXTA ILL. CRYPTAM.  
AD SPECTATOR.

Quid GENUS ASCANIUM; LIGIAM aut mirare PATRONAM?  
Mirare EUSEBIAM heic condier, HOSPE; abi.

*Humilima subjectionis  
subjectiss. q; Condolentia E.  
in Communi PATRIÆ  
Luctu adpositum*

à  
VAL. LUDOVICO è Ligis.

---

CUM cita Fata pios rapiant, linquntq; malignos,  
Sat liquet extremum non procul esse diem.  
Namq; vocat mundi Deus impendente ruinã,  
Anxia quos vita spes melioris agit.  
Ergo quid interitum generosa Conjugis Heros  
Inclyte fles, nimis ora rigans lachrymis?  
Illa super cœlos in gaudia vera recepta  
Lætatur vitã se meliore frui:  
Scilicet abstulerunt Fatum, Parcaq; rapaces,  
Ante diem! plures hoc cecidère modo.  
Debemur Fato nos & nostra omnia; cunctos  
Serius aut citius surripit atra dies.

A 5

Cen

*Cen rosa vere nitens jucundis floret in hortis,  
Mox hyemis rursus frigore tacta perit:  
Sic fors res hominum levis inconstansq; gubernat;  
Sic homines minima stantq; caduntq; mora.*

JOHANNES WILENUS Lignic.  
Patriæ Scholæ Collega, &  
Cantor Templi Mariani.

---

**Q**uid querar? heu tristem casum! heu lacrymabile fa-  
Quàm citò disturbat gaudia nostra dolor! (tum!  
Concidit ANHALDI decus, & Rosa fertilis horti,  
Ah Rosa lethali non resecanda manu.  
Occidit heu fato SOPHIA-ELISABETHA Ducissa,  
Solamen nostri delictumq; Ducis.  
Quæ miseros juvit, juvit quæ sæpius ægros,  
Juvit pupillos, auxiliante manu.  
Prælucentq; aliis virtutum dotibus amplis  
Exemplum, quivis quod sequeretur, erat.  
Quæ thalami castos castè servavit amores,  
Servavit concors & sine labe torum.  
Tandem heroinas laudabilis inter honores,  
Fæminei cætus pulchra corona fuit.  
Hanc igitur qui non letho deplorat ademtam,  
Durius ah duro cor Adamante gerit.  
Ast quia sic visum Superis; divina voluntas  
Prævalet, & lacrymis fas statuiffe modum est.

Optandum



Optandum potius, recubent ut molliter ossa;  
Dum nitidi gaudet Spiritus arce poli.

MATTHÆUS RICHTERUS Senior  
Lygio-Silesius, Collega  
Scholæ Patriæ.



**A** Scania veteri proles de Stirpe SOPHIA  
ELISABETH, Celsi lecta Marita Ducis,  
Illa Piaſtæi GEÔRGI Dilecta RUDOLPHI,  
Cogitur, heu, rigida mortis obire jugum.  
Exiit hinc equidem: summo sed reddita Olympo est,  
Demum vera bonis hic ubi vita redit.  
Nequaquam vivis tota est vi mortis adempta:  
Vitam majori parte Ducissa tenet.

MATTHÆUS RICHTERUS Lignic.  
Scholæ patriæ Collega.



Clariss

CHR

JO

in almâ

Ampliff

piè pla

3. Eid

C

Lit



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciburo.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi sine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatisq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674









B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



138

IN  
 S. ET GENEROSIS.  
 DN. DN.  
 ELISABETHAM  
 M ANHALDINAM,  
 ATQ. SERENIS.  
 ICIPIS AC DN.  
 GII RUDOLPHI  
 . LIGNIC. BREG.  
 GOLDBERG.  
 IUNG. AC BOH. REG. MAJ.  
 CUBICULAR. SUPREMIQ.  
 IA CAPITANEATUS  
 INISTRATORIS,  
 I CLEMENTISS.  
 EU! INCOMPARABLEM  
 DCXXII. V. ID. FEBR.  
 TEQ. DENATAM,  
 APRIL. CONDITORIO  
 ID D. JOH. ILLUSTRIS  
 AT. INFEREND.  
 ECLARATUS  
 humilimè  
 IGIE AFFECTUS.  
 an. Lignicl. express.

